

Sancti Thomae de Aquino
Super Epistolam B. Pauli ad Hebraeos lectura
Prooemium
Reportatio vulgata

Non est similis tui in diis, domine, et non est secundum opera tua. Ps. LXXXV, 8.

1. - In verbis istis exprimitur Christi excellentia quantum ad duo. Et primo quantum ad comparationem ad alios deos, cum dicit *non est similis tui in diis, domine*, secundo per comparationem ad effectus, cum dicit *et non est secundum opera tua*.

2. - Circa primum sciendum est, quod licet sit tantum unus Deus naturaliter, ut dicitur Deut. VI, 4: *dominus Deus tuus, Deus unus est*, tamen participative et in caelo, et in terra sunt dii multi. I Cor. VIII, 5: *sunt quidem dii multi et domini multi*. Nam dii quandoque dicuntur ipsi Angeli, ut patet Iob I, 6 et II, 1: *cum venissent filii Dei, ut assisterent coram domino*. Et quandoque prophetae, ut dicitur de Moyse, Exod. VII, 1: *constitui te Deum Pharaonis*. Item de sacerdotibus dicitur Exod. XXII, 28: *dii*, id est, sacerdotibus, *non detrahes*. Item ibi: *si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos*. Sed Angeli dicuntur dii, propter abundantissimam refulgentiam divinae claritatis. Iob c. XXV, 3: *super quem non fulget lumen illius*. Angeli vero non sunt similes Christo in diis, qui est *splendor paternae gloriae*, ut dicitur infra I, 3. Eph. I, 20: *constituens eum ad dexteram in caelestibus supra omnem principatum*, et cetera. Prophetae vero dicuntur dii, quia ad ipsos sermo Dei factus est. Io. X, 35 *illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est*. Ergo multo excellentius est Deus Christus, qui est substantialiter ipsum verbum Dei. Sacerdotes vero dicuntur dii, quia Dei ministri. Is. LXI, 6: *vos sacerdotes domini, vocabimini ministri Dei*. Sed Christus multo fortius, qui non est minister, sed dominus universorum, Esth. XIII, 11; item Apoc. XIX, v. 16: *dominus dominantium*; et infra: *tamquam dominus in omni domo sua*.

‘Geen god, Heer, gelijk op U, uw werken zijn onvergelykelyk’ (Ps. 86,8).

1. - Met deze woorden wordt de uitmuntendheid van Christus onder twee opzichten uitgedrukt: ten eerste in vergelyking met andere goden wanneer [de psalmist] zegt ‘geen god, Heer, gelijk op U’; ten tweede in vergelyking met de effecten wanneer hij zegt ‘uw werken zijn onvergelykelyk’.

2. - Wat betreft het eerste dient opgemerkt te worden dat, alhoewel er van nature maar één God is, zoals Deut. 6, 4 zegt ‘De Heer is onze God, de Heer alleen’, er nochtans door deelname meerdere goden in de hemel en op de aarde zijn: ‘er zijn goden en heren in menigte’ (1 Kor. 8,5). Engelen worden immers soms goden genoemd zoals blijkt uit Job 1,6 en 2, 8. Ook profeten worden soms goden genoemd. Zo wordt over Mozes gezegd (Ex. 7, 1): U breng Ik voor Farao als de god’. Hetzelfde geldt voor priesters (Ex. 22, 28): ‘Gij zult de goden’, d.i. de priesters, ‘niet lasteren’. En ook (Ex. 22,8): ‘indien de dief onbekend is, dan zal de heer van het huis naar de goden gebracht worden’ Maar engelen worden goden genoemd wegens hun overvloedige schittering van goddelijke helderheid: ‘op wie zal zijn licht niet schijnen’ (Job 25,3). Engelen zijn echter niet gelijk aan Christus onder de goden want Hij is ‘de schittering van de glorie van de Vader’ (Heb. 1, 3); ‘[Hij zette Hem] aan zijn rechterhand in de hemelen, hoog boven alle heerschappijen, machten, krachten en hoogheden en boven elke naam die genoemd wordt niet alleen in deze, maar ook in de toekomstige tijd.’ (Eph. 1, 20-21) De profeten worden goden genoemd omdat het woord van God tot hen gesproken werd: ‘Zij heeft hen tot wie het woord Gods gericht werd, goden genoemd’ (Joh. 10, 35). Christus is dus God op een meer verheven wijze aangezien Hij het substantiële Woord van God is. Priester worden goden genoemd omdat zij Gods dienaars zijn: ‘Gij wordt

Sancti Thomae de Aquino
Super Epistolam B. Pauli ad Hebraeos lectura
PROOEMIUM

Christus ergo Deus magnus super omnes deos, quia splendor, quia verbum, quia dominus est.

3. - Secundo manifestatur haec excellentia per effectus, cum dicitur *et non est secundum opera tua*, ubi sciendum est quod triplex est opus excellens Christi. Unum quod se extendit ad totam creaturam, scilicet opus creationis. Io. I, 3: *omnia per ipsum facta sunt*. Aliud quidem tantum ad creaturam rationalem, quae per Christum illuminatur, quod est illuminationis. Io. I, 9: *erat lux vera*, et cetera. Tertium est iustificationis, quod pertinet tantum ad sanctos, qui per ipsum per gratiam vivificantem vivificantur et iustificantur. Io. I, 4: *et vita erat lux hominum*. His enim tribus modis non possunt operari dii praedicti. Angeli enim non sunt creatores, sed creaturae. Ps. CIII, 4: *qui facis Angelos tuos spiritus*, et cetera. Prophetiae etiam sunt illuminati, non illuminantes. Io. I, 8: *non erat ille lux*, et cetera. Sacerdotes etiam non iustificabant. Infra X, 4: *impossibile est enim sanguine hircorum et taurorum auferri peccata*.

4. - Ergo manifeste in verbis istis demonstratur Christi excellentia, et haec est materia huius epistolae ad Hebraeos, quae ab aliis distinguitur. Quia in quibusdam epistolis agitur de gratia novi testamenti quantum ad totum corpus mysticum Ecclesiae, et hoc in omnibus epistolis quas mittit Ecclesiis, in ea scilicet quae est ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, et usque ad primam ad Timotheum. In quibusdam vero quantum ad membra principalia, sicut in his quas mittit singularibus personis, scilicet ad Timotheum, ad Titum, et ad Philemonem. In ista vero commendat ipsam gratiam quantum ad caput, scilicet Christum; in corpore enim Ecclesiae ista tria reperiuntur sicut et in corpore naturali, scilicet ipsum corpus mysticum, membra principalia,

priesters van de Heer genoemd en dienaars van God zult gij heten' (Jes. 61,6). Maar Christus is God op een sterkere wijze want hij is geen dienaar maar de Heer van allen: 'Heer van de Heren' (Openb. 19,16). 'Christus echter is getrouw als zoon, aangesteld over het huis van God.' (Heb. 3,6). Christus is dus de Grote boven alle goden want hij is de schittering, het Woord en de Heer.

3. – Ten tweede komt Zijn uitmuntendheid tot uiting door Zijn werken. Daarom wordt gezegd: 'er zijn geen werken zoals de uwe'. Hier moet opgemerkt worden dat het uitmuntende werk van Christus drievoudig is: één strekt zich uit tot elk scheepsel, d.i. het werk van de schepping: 'alle dingen werden gemaakt door Hem' (Joh. 1,3). Een tweede werk strekt zich enkel uit tot het redelijke scheepsel dat verlicht is door Christus en dit is het werk van de verlichting: 'Het ware Licht, dat iedere mens verlicht, kwam in de wereld.' (Joh. 1,9). Het derde werk is dat van de rechtvaardiging dat enkel toekomt aan de heiligen. Zij worden door Hem, d.i. door de levengevende genade, levend gemaakt en gerechtvaardigd: 'In Hem was leven en dat leven was het licht der mensen.' (Joh. 1, 4) Deze werken kunnen de andere goden niet uitvoeren. Engelen immers zijn geen scheppers, maar scheepselen: 'Die de engelen maakt tot geesten' (Ps. 103, 4). Profeten zijn verlichten en niet verlichters: 'Niet hij was het licht, maar moest getuigen van het licht' (Joh. 1, 8). Priesters rechtvaardigen niet: 'Het is onmogelijk dat met het bloed van stieren en bokken zonden worden weggenomen.' (Heb. 10, 4).

4. - De uitmuntendheid van Christus wordt dus duidelijk aangetoond in deze tekst en dit is het onderwerp van deze brief aan de Hebreëen. Hierdoor is deze brief onderscheiden van de andere brieven. Immers, sommige brieven behandelen de genade van het Nieuwe Testament in zoverre het zich uitstrekt tot het gehele mystieke lichaam van de Kerk. Dit is het

Sancti Thomae de Aquino
Super Epistolam B. Pauli ad Hebraeos lectura
PROOEMIUM

scilicet praelati et maiores, et caput, a quo vita fluit in totum corpus, scilicet Christus.

onderwerp van alle brieven die hij naar de kerken zond, d.i. naar de Romeinen, de Korinthiërs, de Galaten tot aan de eerste brief aan Timotheus. In de andere brieven behandelt hij deze genade in zoverre deze zich uitstrekt tot de belangrijkste leden, d.i. de individuele personen aan wie de brieven gericht zijn, nl. Timotheus, Titus en Philemon. Maar in de brief aan de Hebreëën behandelt hij deze genade in zoverre deze betrekking heeft op het hoofd, nl. Christus. Immers in het lichaam van de Kerk worden de volgende drie dingen gevonden, net zoals deze ook in een natuurlijk lichaam gevonden worden: het mystieke lichaam als dusdanig, de hoofdleden, dit zijn de prelaten en de meerderen en het hoofd, nl. Christus. Uit Hem vloeit het leven vloeit naar geheel het lichaam.

5. - Sed antequam accedamus ad divisionem, sciendum est quod ante synodum Nicaenam, quidam dubitaverunt an ista epistola esset Pauli. Et quod non, probant duobus argumentis. Unum est, quia non tenet hunc modum quem in aliis epistolis. Non enim praemittit hic salutationem, nec nomen suum. Aliud est, quia non sapit stylum aliarum, imo habet elegantiolem, nec est aliqua Scriptura quae sic ordinate procedat in ordine verborum, et sententiis, sicut ista. Unde dicebant ipsam esse vel Lucae Evangelistae, vel Barnabae, vel Clementis Papae. Ipse enim scripsit Atheniensibus quasi per omnia secundum stylum istum. Sed antiqui doctores, praecipue Dionysius et aliqui alii, accipiunt verba huius epistolae pro testimoniis Pauli. Et Hieronymus illam inter epistolas Pauli recipit. Ad primum ergo dicendum est, quod triplex ratio fuit quare non posuit nomen suum. Una est, quia non erat apostolus Iudaeorum, sed gentium. Gal. II, 8: *qui operatus est Petro in apostolatam circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes*, et cetera. Et ideo non fecit mentionem de apostolatu suo in principio huius epistolae, quia nolebat officium sui

5. – Maar vooraleer wij met de indeling van deze brief aanvangen, dient opgemerkt te worden dat vóór het Concilie van Nicea sommigen betwijfelden of deze brief van Paulus was en dit omwille van twee redenen. Ten eerste omdat deze brief niet de structuur van de andere brieven volgt. Er is immers geen begroeting en ook geen naam. Ten tweede heeft deze brief niet de stijl van de andere brieven; deze heeft inderdaad een veel elegantere stijl. Bovendien is er geen ander onderdeel van de Schriften dat op zulk een geordende wijze wat betreft de volgorde van woorden en zinnen te werk gaat als deze brief. Vandaar zeggen zij dat deze brief het werk was van Lucas, de evangelist, of Barnabas of Paus Clemens. Hij schreef immers naar de Atheners in een gelijkaardige stijl. Maar de oude leraars, in het bijzonder Dionysius en enige anderen, aanvaarden de woorden van deze brief als zijnde de getuigenis van Paulus. Ook Hiëronymus erkent deze brief als zijnde van Paulus. Wat het eerste argument betreft moet gezegd worden dat er een drievoudige reden is waarom Paulus zijn naam niet schreef. Ten eerste omdat hij niet de apostel van de Joden was maar van de heidenen: ‘want Hij die kracht gegeven had aan Petrus voor het

Sancti Thomae de Aquino
Super Epistolam B. Pauli ad Hebraeos lectura
Prooemium
Reportatio vulgata

apostolatus insinuare, nisi ipsis gentibus. Secunda, quia nomen suum Iudaeis erat odiosum, cum diceret legalia non debere servari, ut patet Act. XV, 2 ss. Et ipsum tacuit, ne saluberrima doctrina huius epistolae abiiceretur. Tertia, quia Iudaeus erat. *Hebraei sunt? Et ego*, II Cor. XI, 22. Et domestici non bene sustinent excellentiam suorum. *Non est propheta sine honore nisi in patria sua, et in domo sua*, Matth. XIII, 57. Ad argumentum secundum, dicendum est, quod ideo est elegantior in stylo, quia etsi sciebat omnem linguam I Cor. XIV, 18: *omnium vestrum lingua loquor*, tamen melius sciebat Hebraeam tamquam sibi magis connaturalem, in qua scripsit epistolam istam. Et ideo magis ornate potuit loqui in idiomate suo, quam in aliquo alio. Unde dicit II Cor. XI, 6: *etsi imperitus sermone, sed non scientia*. Lucas autem qui fuit optimus prolocutor, istum ornatum transtulit de Hebraeo in Graecum.

apostelschap onder de besnedenen, had mij kracht gegeven voor de heidenvolkeren.’ (Gal. 2, 8). En dus vermeldt hij zijn apostelschap niet aan het begin van deze brief aangezien hij de taak van zijn apostolaat niet wilde vermelden, tenzij aan de heidenen. Ten tweede omdat zijn naam bij de Joden haat opriep aangezien hij leerde dat de geboden van de wet niet langer nagevolgd moesten worden zoals blijkt uit Hand. 15, 2 e.v. En dus zweeg hij opdat de heilbrengende leer van zijn brief niet verworpen zou worden. Ten derde omdat hij een Jood was: ‘Zijn zij Hebreëen? Ik ook’ (2 Cor. 11, 22). Landgenoten verdragen niet goed de uitmuntendheid van hun medelandgenoten. ‘Een profeet wordt overal geeërd behalve in zijn eigen stad en in zijn eigen kring’ (Matth. 13, 57). Wat het tweede argument betreft dient gezegd te worden dat de stijl eleganter is omdat, ofschoon hij elke taal kende: ‘Ik spreek al jullie talen’ (1 Kor. 14, 18), hij de Hebreeuwse taal beter kende dan de andere talen want het was zijn moedertaal, de taal waarin hij deze brief schreef. En dus kon hij in zijn eigen taal eleganter schrijven dan in een andere taal. Vandaar zegt hij: ‘ofschoon ik onbedreven ben in het spreken, kennis heb ik wel.’ (2 Kor. 11, 6) Lucas echter, een zeer goede schrijver, vertaalde dit elegante Hebreuws naar het Grieks.

Vertaling: Jörgen Vijgen